

Tractatus de modo artificiali concludendi omnem collectam

Collectura de vero irreprehensibili et artificiali modo concludendi omnem collectam. tam in officio missae quam in quibuscunq; horis canonicis etc.

Quamq; pleriq; de hac re scripserunt. nullus tamen sic sufficienter ut principia ex quibus res haec intelligi debet radicaliter. ponit sufficienter. Et causas quoq; quare unumquodq; sic vel sic fieri debeat adiungeret. quare propter simpliciores non parum necessarium est. ut plenus inde dicat. principia scilicet sufficienter premittebo. Et causas suas in locis assignando. **N**otandum ergo. quod collectae. solum in uno loco dicuntur in horis canonicis. in fine scilicet eorum. Sed in missa tribus in locis scilicet circa principium. In medio et in fine. In principio missae dicitur illa eadem collecta. que etiam in fine horarum dicitur. Et in hac communiter missalia et libri horarum concordant. quae et utrobique intitulo collectae. Sed haec quae in medio et in fine missae dicuntur. in horis canonicis non dicuntur et neque in libris horarum canonicarum habentur. Et haec licet generali et larga acceptioe collectae bene dicantur et veraciter. sint tamen specialia habent nomina. quibus in libris missalibus intitulo lantur. **N**am illa in medio missae dicitur secreta. Illa in fine dicitur complenda. **S**ecreta illa. quia secreta et sub silencio dicuntur. haec vero complenda quia cum ea missa concluditur et completur. Et rationabiliter sic specialibus gaudent nominibus ob seque eorum ab invicem et a prima que collecta intitulo distinctioem. ne in missa. accidat unquam pro reliqua accipi. **H**ec ideo posui quia quidquid